



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni
Bredenbachij S. Th. D.||**

Bredenbach, Tilmann

Coloniae Agrippinae, 1592

VD16 B 7378

12. De horrendo obitu cuiusdam Hermanni Lutherani monachi apostatæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65002)

aduocauit. Dicunt illis vinciti: Facite de nobis
quod volueritis, modo prius confiteamur, ne
cum Henrico pereamus.

Ex historia Belli Liouonici, De horrendo obitu cuius-
dam Hermanni Lutherani, monachi apostatae.

CAP. XII.

Rat Torpati circa annum Domini 1554.
quidam Lutheranae doctrinae praeco, Her-
mannus, mirè versutus & facundus in abdu-
cendis hominibus à Catholicismo ad Luthe-
ranismum, annisque triginta summum ege-
rat illius doctrinae praecone. Hic pellione
Wittembergensi Lutherana dogmata primū
docente, monachus erat Minorita, iuuenis, at
pro ztate in concionibus non inexercitatus,
heredit pellionē, offert illi suam in propagan-
dis Lutheranis dogmatibus opem, monasti-
cum cucullum in publica concione abiectū-
rum. Pellio eum in cooperarium suscipit, ne-
gociatores nouo habitu cum donant, virgi-
nem monasticam in vxorem adiungunt, praer-
ficiunt vas argenteis Ecclesiae in vsum pau-
perum custodiēdis. Pellione ex vrbe seceden-
te, paulatim magnam auctoritatem apud om-
nes sibi cōciliat, vt solus nobilium infantes
baptizaret. Magnam opum diuitiarūque vim
cogit, mercatur praedia, domos, agros, in li-
berorum subsidium: primaque atque itidem
secunda vxore demortua, tertiā ducit. Verum
anno 1554. graui morbo corripitur, & sex die-

H h 5 bus

bus elapsis horrenda voce exclamat, se damnatum, nullam salutis consequendam spem reliquam, & quotquot isti voluptatibus Lutherianorum. sectæ sese dederant, damnationi obnoxios, atque ita toruo adpectu, & oculis horribiliter flammaram in modum lucentibus, desperabundus extremum spiritum exhalat, omnibus Christianis exemplum ac documentum relinquens, quàm periculosum sit ab Ecclesiæ unitate ad novas doctrinas deficere.

Laurentius Surinus in Chronicis Anno 1544. Petrus Brulius concionator Sacramentarium Tornac per murum fune dimissus, inopinatum Dei periculum.

CAP. XIII.

GAllus quidam concionatur factione Sacramentarius, nomine Petrus Brulius, Argentorato proficiscitur Tornacum, Nerviorum insigne oppidum: & primum apud Tornacenses, inde apud Insulanos Flandriæ urbem priuatim spargit virus Sacramentarium. Vbi Tornacum redijt, ab amicis per murum fune dimittitur, sed caelesti cum visione persequente, dum humi sedet, quidam submissa voce ex muro ei salutem precatur, at firmo saxo è muro resoluta sedentis crux perfringit. Tum miser ille dolorem cruris & frigus hyemis (erat enim Nouemb. secunda dies) non ferens, voces dat lamentabiles: seque seipsum